buntur, sit iudicialiter visuri, satisfacturi. Datum Vilnae feria secunda ante festum S. Joannis Baptistae proxima. Anno Domini Millesimo Quingentesimo Octuagesimo primo.

Laudum Consulum Cracovien. ex parte Inscriptionum

Anno Dni M. D. LXIII Feria quinta ante Dominicam Letare.

Sp[ectabi]les Dni Erasmus Schilling pro tunc Proconsul Petrus Zaingell Doctor Petrus Vedelicius Stanislaus Salomon Doctor Albertus de Cracovia Venceslaus Chodorowski Hieronimus Spicinski Joannes Ritzler Hieronimus Crugell Bartholomeus Cromer Andreas Fogelwinder Jodocus Schilling Erasmus Stang Joannes Leonbok Bartholomeus Remar Erasmus Vunsam J. V. Doctor Stanislaus Stauff et Doctor Andreas Opocno Consules Crac. legitime per schedulas conuocati frequentique senatu Et iuxta Sac. Mtis Regiae Dni nri Clementissimi datum priuilegium pleno numero congregati Cupien. pro debito offi[ci]j sui Authoritati dignitatique sua Consulari debite prospicere. Omnemque occasionem erronearum inscriptionum interripere Vnanimi voto et sententia concluserunt firmiter et obseruari volentes Nec cuique Dnorum praesidentium Proconsulatus Officium gerenti fas liberumque esse debeat cum vno et altero Dnorum sibi assidentium nulla eiusmodi Decreta seu inscriptiones etiam Actis Consularibus inserendas demandare Quae vel Priuilegijs Ciuitatis huius vel eiusdem plebiscitis vel Juri communi Magdeburgen. vel ex communi Praxi receptae consuetudini repugnare viderentur Immo neque eisdem liceat Id quod per legittimam Dnorum congregationem sit semel conclusum Vt met tertij vel quarti aut in alio minori Dnorum numero quam sit prius constitutum rursus rescindere velint Quare Notarium Juratorum haec praecipua cura esse debet Si quid eiusmodi fieri animaduerterint praesenserint vt si pro debito Juramenti et offi[ci]j sui Do: Proconsulem et illi assidentes Dominos admoneant et cohibeant. Eiusmodique negotium ad pleniorem Dnorum congregationem defferi postulent Ne quid denique eiusmodi errorum in Acta Ciuilia introduceretur. Qui demum aegre emendari possint; Similiter Notarij nullam penitus Inscriptionem quantumuis Juri conformem et quocunque demum titulo illa censeri possit ex solius Dni Proconsulis iussu et mandato Actis inserere debent nisi ad minimum met tertius fuerit in idipsum omnes ipsum ex aequo consenserint Vicissim Dni praesidentes seu Proconsules benigne annuere et acquiescere debebunt Notariorum praemonitionibus neque impetuosis verbis con. illos quicquam attentare praesumant In ignominiam propri[i] officij sui Cuius ipsi sunt Ministri et Actorum fideles custodes Immo neque Notarij erunt obligati in eiusmodi casu illis obtemperare sed ad Dnorum legittimam congregationem sese excipere debebunt si quid importune[?] Dni Proconsules in his et similibus rebus illis demandare velint. Notarij offm

Ex Senatus Consulto.